

etc. Cum reperimus, quod nobilis uir Daniel Grego feudatus uester Crete in quadam sua possessione quam habet in ciuitate Candide per quoddam suum feudum haberet a quodam latere ipsius sue possessionis de uersus ponentem passus XXVII, et per scripturam catastici, ubi omnes feudorum possessiones sunt scripte, habere deberet solummodo passus XIII. Nos licet uelle per testes ostendere, quod dicta eius possessio semper ita erat possessa per ipsum, et omnes suos predecessores, et allegare, quod in illa scriptura catastici poterat esse fallum, tamen, quia per testes contra scripturas catastici judicium judicari, uel sentenciari non potest, quia esset magna confusio, sentenciauimus, quod illud, quod habebat in dicta possessione ultra scripturam catastici in Commune nostrum deuenire deberet. Et quia dicta possessio secundum testes est semper ita possessa, sicut eam tenet ad presens, et si in hoc habuissemus arbitrium possendi transire non obstante dicta scriptura catastici, aliter transmissemus, et etiam quia eius predicta possessio est ita coniuncta cum alijs possessionibus, et in tali parte quod Commune de ipsa nullam utilitatem posset consequi, uel habere, assignauimus eidem Danieli terminum possendi se de hoc penes Dominacionem uestram iuuare a festo sancti Michaelis proxime uenturi in antea, usque ad unum annum. Et propterea cum de hoc intendat ad uestram Dominacionem habere recursum, nos testificaciones ipsius productas super tenuta ipsius possessionis et exemplum catasticorum de possessione suorum circauicinorum, et dicte sentencie per nos late Dominacioni 30 uestre mittimus ad petitionem ipsius Danielis presentibus interclusum.

40

Μόνον λόγω χάριτος εἰς ὄφεικιοῦχον Βενετίας ἡ εἰς ἄλλο πρόσωπον ἐν Βενετίᾳ δίδεται ἡ αὐξάνεται ὁ μισθὸς διὰ λογαριασμὸν τῆς κοινότητος. Ἡ ἀπόφασις αὗτη δὲν ἀνακαλεῖται εἰ μὴ ὑπὸ τῶν 5 Συμβούλων, 30 τοῦ Συμβουλίου τῶν 40 καὶ δύο τρίτων τοῦ Μείζονος Συμβουλίου καὶ τοῦτο δέον νὰ προστεθῇ εἰς τὸ καπιτουλάριον τῶν Συμβούλων. Διὰ τῆς ἀποφάσεως ταύτης δὲν νοεῖται ὅτι αἱ ἐλευθεριότητες καὶ αἱ βαῖλιαι, αἱ δοθεῖσαι ὑπὸ τοῦ Συμβουλίου τῶν Δέκα περιορίζονται.
1317, Σεπτεμβρίου 8.

F^o 117^r Millesimo trecentesimo XVII, die VIII Septembris.

Quod alicui officiali de Venecijs non possit dari uel addi salarium nec alicui alie persone in Venecijs possit dari uel addi salarium per Commune Veneciarum, nisi per uiam de gratia, et non possit reuocari, nisi per v Consiliarios, XXX de quadraginta et duas partes Maioris Consilij. Et hoc addatur in capitulari consiliariorum. Et per istud consilium non intelligatur, quod libertates et baylie date consilio de x astringantur in aliquo.

